

opusdei.org

**Rescripto de la
Sagrada
Congregación de
Religiosos, por el
que se aprueban
adiciones a las
Constituciones de
1947 de la Sociedad
Sacerdotal de la
Santa Cruz y Opus
Dei; 27-1-1949.**

“El itinerario jurídico del Opus Dei. Historia y defensa de un carisma”. Libro escrito por A.

de Fuenmayor, V. Gómez-Iglesias y J. L. Illanes

18/01/2012

AGP, Sezione Giuridica, V/15052.

EX SECRETARIA N. I.S. 1/47

SACRAE CONGREGATIONIS

DE RELIGIOSIS

Beatissime Pater,

Praeses Generalis Operis Dei, ad Sanctitatis Vestrae pedes humiliter provolutus, expostulat ut haec, quae sequuntur, Constitutionibus Instituti addere possint:

Nº 18. Addatur: "... Procurator Generalis, Sacerdos Secretarius Centrales, Vicesecretarii,..."

"Defensor, Sacerdos Secretarius Regionalis, Vocales..."

19 bis. Addatur: "3) Sunt etiam Adsistentes ecclesiastici a Consiliario Regionis pro uno vel diversis Coetibus (N. 338 bis) designati, consentiente Defensore et audita Commissione Regionis. Designatio ad su; notitiam oretenus, arrepta occasione, a Consiliario vel ab alio ipsius nutu communicabitur. Eadem ratione Ordinarius opportune de designatione facta certior fieri expedit."

3) fit 4); et 4) fit 5).

In fine 5) addatur: "Tam Sacerdotes quibus Fraternitatis Litterae concessae fuerunt, quam etiam Adsistentes praedicti, ad propriam interiorem vitam alendam et fovendam, illud si exoptent ac petant adiutorium ab Instituto recipere valent, quod Supernumerariis praestatur."

4) incipit: "Omnes hi sacerdotes ..." Et tollitur "vicissim".

Nº 249. Addere: "Ad Praesidem ... Secretario Generali, Procuratore Generali, Sacerdote Secretario Centrali, et tribus..." "...Consilium ad negotia... Secretario Generali, Sacerdote Secretario Centrali, et tribus ..."

Nº 277. Addere: "... Defensore, Sacerdote Secretario Regionali, Secretario Commissionis et tribus aliis ..."

Nº 340. Addere: "3) Socii Supernumerarii que, mediantibus semper legitimis Instituti Superioribus, ab Ordinariis locorum, libere ad tenorem nn. 336 bis et 342, 3.º, laborem commissionemve aliquam susceperint, in bis exercendis, fideliter normas ab ipsis Ordinariis eorumque mentem spiritu filialis obedientiae sequi tenentur."

Vigore facultatum a SS.mo Domino
Nostro concessarum, Sacra
Congregatio Negotiis Religiosorum
Sodalium praeposita, benigne annuit
pro gratia iuxta preces, servatis
ceteris de iure servandis. Contrariis
quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae
Congregationis de Religiosis, die 27
Ianuarii, anno 1949.

+ fr. L. E. Pasetto

Secr

P. Arcadius Larraona CMF

Subs.

A. de Fuenmayor, V. Gómez-
Iglesias y J. L. Illanes

opusdei.org/es-es/article/rescripto-de-la-sagrada-congregacion-de-religiosos-por-el-que-se-aprueban-adiciones-a-las-constituciones-de-1947-de-la-sociedad-sacerdotal-de-la-santa-cruz-y-opus-dei-27-1-1949/ (21/02/2026)